



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LVII. Bischof Friedrich von Verden weiht den Altar Johannis des Täuflers in
der Marienkirche zu Salzwedel und dotirt denselben mit dem halben
Wendischen Dorfe Nuenedorf, am 25. Februar 1304.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

plantare et plantatam fouere modis omnibus tenemur tam pias predecessoris nostri et Marchionis sepelictorum donationes factas approbantes et in nomine domini confirmantes, honorabili viro Wilkino, preposito, prelati monasterii Hospitalis nomine suo et conuentus sui pretaxatam ecclesiam cum omnibus iuribus suis et pertinentiis perpetuo assignamus possidendam, ipsum de eadem per annulum nostrum inuestimus, ipsam sicut alia bona sui monasterii cum omnibus libertatibus et iuribus suo monasterio incorporantes et decernentes quoslibet turbatores eorum in dicta ecclesia censura ecclesiastica compescendos. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Verde, anno domini millesimo trecentesimo tertio, XVI. Kal. Octobris.

Gerfen's Dipl. I., 285, 286.

LVII. Bischof Friedrich von Verden weiht den Altar Johannis des Täufers in der Marienkirche zu Salzwedel und dotirt denselben mit dem halben Wendischen Dorfe Neuendorf, am 25. Februar 1304.

Fredericus, dei gracia verdenfis Ecclesie Episcopus, vniuersis crisi fidelibus prefens scriptum visuris uel auditoris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Notum esse volumus omnibus harum inspectoribus uel auditoribus litterarum, quod nos diuina cooperante nobis clementia consecrauimus altare sancti johannis baptiste in Ecclesia beate marie virginis in Ciuitate Saltwedele, Apposita conditione tali, quod medietas Niendorpe, ville Slaicalis, omni iure ad altare pertineat memoratum, In vniuersos et singulos prefatum altare in suis rebus et redditibus inpugnantes aut aliquo modo impediens sententiam excommunicationis in hiis ferentes scriptis sicut et in consecratione dicti altaris tulimus in eisdem. In Cuius rei testimonium presentem litteram iussimus sigilli nostri munimine roborari. Datum saltwedele, Anno domini M^o. CCC^o. Quarto, V kal. Marcii.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XIV, 7.

LVIII. Rudolph, Propst in Salzwedel, befundet, wie Propst und Convent des h. Geistes zu Salzwedel zwei Perwersche der Marienkirche daselbst gehörige Hufen besitzen, am 22. November 1304.

Nos Rodolfus, dei gratia prepositus in Soltwedele, presentibus publice protestamur, quod Albertus, prepositus S. Spiritus, extra muros Soltwedel et conuentus ibidem possident et habent duos mansos in campo Perwer pro annua pensione, videlicet unius chori siliginis cum dimidio et dimidio choro auene, pertinentes ad ecclesiam B. Marie in Soltwedel proprietatis titulo cum omnibus attinentiis, pertinentiis et iuribus eorundem, quorum hereditatem a vasallis predicte ecclesie B. Marie et prepositi in Soltwedel emerunt vacuos sine quolibet femine pro XIV. talentis Brandenb. denariorum et XX. Marcis cum una ejusdem monete argenti. Quos mansos si